

decenter, aptè, modo, ratione & ordine. Sic
Arist. lib. 2. Polit. 10. ait: Cretenses habuisse
magistratum, quem $\chi\omicron\sigma\mu\omicron\nu$ appellarint, qui
esset sicut $\epsilon\phi\omicron\omicron\omicron$ apud Lacedæmonios, &
omnia dirigeret, ut ordine in civitate guber-
narentur. In mundo autem hoc omnia sunt
concinno ordine disposita, ornatuq; & elegan-
tiâ splendida. Unde illud:

Non alio mundus debebat nomine dici,

Nomen ab ornatu convenienter habet.

Aristoteli lib. 1. de cælo tex. 4. & Auctori li-
bri de mundo cap. 6. item Platoni in Tim. dici-
tur mundus $\tau\omicron\ \pi\omicron\upsilon$ & $\tau\omicron\ \omicron\lambda\omicron\nu$, unde Latinis,
ut Ciceroni in Lib. de universitate, & Patri-
bus etiam tam Græcis quàm Latinis univer-
sum vel rerum universitas, scilicet natu-
ralium & corporearum. Non enim putan-
dum extra hunc visibilem mundum nihil esse;
uti neq; intelligentias, quarum multe in mun-
do sunt, sub universo in hac significatio in-
fra explicanda contineri debere. Unde Au-
tor libri de mundo in designatione patris
universi tantum rerum naturalium men-
tionem facit. Et sicut alioquin vocem uni-
versi